

Calamus myriocarpus Burret nov. spec. — Frondis vagina flagellifera, fusco-furfuracea, aculeis applanatis, angustis, \pm 2 cm longis vel brevioribus; aculei minores fere setiformes, sed plurimi, ut videtur, validiores, omnes fragiles, plerumque basibus tantum persistentibus, numerosissimi, irregulariter inserti, raro 2—3. juxta-appositi, basi supra incrassati, subtus excavati. Petioli fragmentum 15 cm longum, sat robustum, ad basin sat latum, supra planum, aculeis minutis erectis, ad margines et subtus aculeis parvis, robustioribus, patentibus. Frondis nondum adultae fragmentum apicale 35 cm longum ecirrhiferum, rhachis subtus aculeis curvatis numerosis densis irregulariter sequentibus, interdum usque 3 transverse confluentibus unguiformibus. Segmenta numerosa, regulariter disposita, frondis apicem versus nonnihil diminuentia, inferne in fragmento brevi 3 cm et ultra dissita, angusta, fere linearia, superne sensim attenuata, acuminata, costis validioribus supra 3, omnibus 3 supra setosis, subtus omnibus nudis, inermibus. Spadix robustus, longus. Spathae primariae ample cylindricae, coriaceae, virides, inermes, apice triangulari-productae. Inflorescentiae partiales 3 visae ample sat tenuiter 3-plo ramosae, 25—16 cm longae, fructibus numerosissimis. Spathae secundariae cylindricae, anguste vaginantes, apice brevissime triangulares. Spicae fructiferae usque 5,5 cm longae, tenues, \pm sinuoso-flexuosae, supra spathae suae os insertae, majores fructus circ. 20 haud exacte distichos sed fere spirales gerentes. Spathellae anguste vaginantes. Involucrophorum supra spathellae os oriens, conspicue usque 2 mm stipitatum. Perianthium fructiferum cupuliforme, 1,5 mm altum. Fructus globosus, 9 mm diam., apice brevi, $\frac{1}{2}$ mm alto, latiusculo, mamilliformi. Squamae in seriebus verticalibus 15 dispositae, conspicue sulcatae, stramineae, obtusiusculae, margine angusto, fere nigro. Semen globosum. Albumen homogeneous. Chalazae processus fere globosus, dimidium semen aequans, ceterum albumen homogeneous. Embryo basilaris.

Neuginea: Morobe Distrikt, am Berge Ako, Malolo-Mission, 600 m, etwa 15 m hoch, im Wald. Frucht grün bis hell kakifarbig. Kolben hängend (12. November 1936 — M. S. Clemens n. 4372).

Die Blattscheiden tragen Geißeln. An dem vorhandenen oberen jungen Wedelstück fehlt jede Spur von einem Cirrhus, indessen ist die Rhachis unterseits stark mit meist unregelmäßig angeordneten, bisweilen aber auch bis zu drei zusammenfließenden klauenförmigen Kletterstacheln versehen. Von Beccaris Gruppe V ist die Art durch das deutlich gestielte Involucrophorum verschieden. Andererseits ist das Nährgewebe des Samens nicht ruminat, sondern gleich-

förmig. Die Rhachis des Kolbens mit seinen großen, stark verzweigten, vielfrüchtigen Teilinflorescenzen ist von ziemlich weiten, langen Primärspathae bedeckt. Charakteristisch ist auch die Bestachelung der Blattscheiden und der Fiedern. Schließt sich am besten an *C. multisetosus* an.

Calamus multisetosus Burret nov. spec. — Frondis vagina haud flagellifera, circ. 3 cm et ultra diam., in parte inferiore brunneofurfuracea, superne aculeis tenuiter setiformibus saepe circ. 1,5—3 cm longis, et brevioribus haud vel vix conspicue applanatis, sed fere teretibus, capilliformibus, \pm atris, longioribus saepe undulatis, raro solitariis vel irregularibus sed fere semper in lineis productis \pm longis transversis vel obliquis pectinatim confluentibus densissime spinosa, infra petiolum conspicue saccato-umbonata, ibidem etiam setosa. Petiolus in fragmento viso 20 cm superans, biconvexus, supra spinulosus, spinulis breviter transverse confluentibus parvis, fere setiformibus vel conspicue latioribus et robustioribus, sed plerumque parvis, apice nigris, subtus ut rhachis aculeis uncinatis simplicibus armatus. Rhachis longa, apice ecirrhifera, segmentis utrinsecus circ. 50 vel ultra, valde regulariter dispositis, superne sensim magnitudine diminuentibus, apicalibus ambobus parvis, ad basin breviter connatis. Segmenta anguste lanceolata, superne sensim attenuata, acuminata, infimum 18 cm longum, 1,5 cm latum, maxima visa circ. 28—30 cm longa, 2—3 cm circ. dissita, 2,5 cm circ. lata, apicalia circ. 10 cm longa, omnia i. s. utrinque fere concoloria, pallide viridia, costis validioribus supra 3 percursa, sed costis 5 setosis, subtus costis omnibus nudis, inermibus, marginibus minute spinosis, ad apicem tantum setosis, nervis transversalibus interrupte undulatis, conspicuis. Spadix robustus, 1 m circ. longus, haud flagelliformis, in apicem haud flagelliferum spathas steriles rudimentarias, angustas gerentem haud aculeatum exiens, a basi superne in angulis longitudinalibus 2 oppositis aculeis setiformibus capillaceis breviter seriatis vel plerumque potius fasciculatis usque ad spathae primariae os sat dense setoso-aculeatus. Spathae primariae virides fertiles 5 praecipue inferiores ample cylindricae, nonnihil sese superantes atque tegentes, superiores superne sensim dilatatae, apice late triangulares. Inflorescentiae partiales infra spathas primarias orientes spatharum apicem parte ramificata superantes, leviter recurvati, supra spathas primarias 11—6 cm longi, duplicato-ramosi, ramis inferioribus iterum ramificatis. Rhachis ramis primariis utrinsecus 12—5. Spicae floriferae parvae, 1—3,5 cm longae, haud regulariter distiche patentis, sed curvatae vel etiam cernuae. Flores $\text{\textcircled{f}}$ distiche biseriati, pro serie circ. 10—4. Spathae secundariae leviter infundi-